

est dignum finito vel infinito premio, Minor vero probatur: Non est dabile infinitum premium, ut infinita gratia, aut infinita visio Dei: Sed Christi opera non erant digna nisi premio possibili, alias Christus plus meruisset, quam Deus possit conferre, quod est absurdum, & multum derogans infiniti divini potentie: Ergo opera Christi non erant digna infinito premio.

122 Respondeo primo, concessa Majori, distinguendo Minorem: Opera Christi non erant digna premio infinito actu & categoricam, concedo Minorem; infinito in potentia & synecdochicam, nego Minorem: opera enim Christi erant digna quocumque premio infinito, majori & majori infinitum, ut in prima probatione conclusionis ostendimus: hoc vero arguit in ipsis valore & merito simpliciter infinitum, ut patet exemplo ibidem adducto de potentia Dei, que est infinita simpliciter, quia dato quocumque effectu, potest alium prestantiorem producere, quamvis quilibet illorum semper sit finitus.

123 Respondeo secundo, negando absolute Minorem, opera enim Christi fuerant digna premio simpliciter & actu infinito, nimirum unione hypostatica humanitatis sue, vel alterius hominis, cum Persona Patris, vel Spiritus Sancti, que unio est bonum quoddam infinitum: Immo juxta probabiliorum sententiam, quam supra disp. 7. art. 3. §. 3. corollar. secus sumus, Christus sibi meruit reunionem humanitatis ad Verbum factam in resurrectione, que etiam premium quoddam infinitum est, cum sit veluti quadam restitutio unionis hypostaticae, ut ibidem exposuimus.

124 Dices: Si Pater carnem assumeret, intuitu alicujus operis Christi, virtus meritoria talis operis exhausta maneret: tunc enim meritum exhauritur, quando ei correspondet premium aequalis valoris: incarnatio autem Patris, aequalis valoris & estimatioms est, ac quocumque operatio Christi: Ergo valor meritorius operationum Christi, talis conditio non est, ut quocumque premio dato, in exhaustus perseveret, subindeque non est simpliciter infinitus.

125 Respondeo in casu quo Pater vel Spiritus Sanctus carnem sumerent, intuitu alicujus operis meritorii Christi, exhauriendam fore illius operis condignitatem, ob rationem assignatam, id tamen non obstat infinito valori meritorio operationum Christi, non enim petit infinitas valoris meritorii, quod infinito premio non exhauritur, sed tantum quod a quocumque premio finito, quantumcumque multiplicato, nunquam exhauriri possit. Potestque id declarari & illustrari exemplo potentie generativae Patris aeterni, que licet simpliciter & per essentiam infinita sit, unius tamen filii generatione exhauritur, quia talis illius simili infinitate gaudet. Ita pariter, quod valor meritorius unius operationis Christi, totaliter exhauritur per incarnationem Patris ei correspondentem in premium, illius infinitati non obstat, quia incarnatio Patris est infinita in ratione premii. Aliam hujus instantie solutionem vide supra disp. 4. art. 3. §. 2.

126 Obijcies secundo: Infinito simpliciter in aliquo genere, non potest in eodem genere dari majus: Sed unus actus meritorius Christi est majoris valoris meritorii quam alius: Ergo nullus est simpliciter infinitus in ratione valoris meritorii. Major videtur certa, Minor probatur: Actus caritatis Christi adequatur cum actu humilitatis in valore personalis, & illum excedit in valore sumpto ex objecto: Ergo est major in ratione valoris meritorii.

127 Respondeo Majorem esse veram de infinitate intensiva, secus autem de extensiva, hoc enim complexum Deus homo, est quid majus extensivum, quam Deus solus, non autem intensivum, quia humanitas in deitate eminenter continetur: quia ergo valor meritorius actus caritatis, ei competens ex objecto continetur eminenter in valore actus humilitatis a persona desumpto, hinc fit quod actus caritatis Christi extensivum solum excedat actum humilitatis, non vero intensivum.

128 Obijcies tertio: Quod dependet a pluribus causis, quarum aliqua est finita, non est infinitum simpliciter, est alia infinita sunt: Sed valor meritorius operationum Christi dependet a pluribus causis finitis, nempe a gratia habituali, ab intentione actus, ab objecto, &c. Ergo est persona Verbi tales operationes efficiens infinita sit, illarum tamen valor meritorius non erit infinitus simpliciter.

129 Respondeo, Majorem esse veram, quando aliquid per se & formaliter a causa finita dependet, secus autem si ab illa dependeat materialiter tantum & subjective, ac presuppositive: valor autem meritorius operationum Christi, sumptus ex dignitate & sanctitate persone, quem nos infinitum asserimus, non dependet a gratia nec ab aliis concurrentibus ad actum, nisi solum antecedenter, & presuppositive, ut scilicet ponatur substratum recepturum infinitatem; unde non obstat hac dependentia, talis valor est simpliciter infinitus.

130 Obijcies quarto: Valor meritorius supponit bonitatem moralem in opere, & ad illam consequitur, ut docet

D. Thomas 1. 2. q. 21. art. 4. Sed bonitas moralis operationum Christi finita & limitata erat: Ergo & valor illarum meritorius, Minor probatur: Tum quia operationes Christi multoties versabantur circa objecta finita: Tum etiam, quia licet aliquae haberent infinitum objectum, quia tamen modus tendendi finitus & limitatus erat, non poterat infinitam bonitatem ab ipso desumere.

131 Respondeo, quod licet valor meritorius supponat bonitatem moralem in opere, non solum tamen ad illam consequitur, sed etiam ad dignitatem & sanctitatem operantis; unde quando hec fuerit finita, ut contingit in proposito, valor meritorius finitus erit, est bonitas moralis actionis finita & limitata sit.

132 Obijcies ultimo: Si quodlibet Christi opus ratione infinitae dignitatis & sanctitatis persone a quo procedebat, valorem meritorium simpliciter infinitum habuisset, sequeretur quod prima operatio meritoria Christi, in primo conceptionis momento elicit, fuisset meritoria cujuscumque premii, atque adeo quod Christus nec per alias operationes sue vite moralis, nec per suam mortem, aliquid potuisset mereri: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Sequela Majoris manifesta videtur; nam opus continens valorem meritorium simpliciter infinitum, omne premium possibile promeretur.

133 Respondeo, distinguendo sequela Majoris: sequeretur quod prima operatio fuisset meritoria cujuscumque premii, quantum ad sufficientiam & valorem, concedo. Quantum ad efficaciam & applicationem, nego. Itaque non ex defectu valoris prime operationis quam Christus in primo sue conceptionis momento elicit, non meruit omnia per illam, sufficientissima enim erat illa sola ad quocumque premium promerendum, etiam si nulla alia superaddita fuisset; sed ex hoc quod Christus alia opera excellentiora ex objecto, vel magis ardua & difficilia, presterim vero passionem & mortem suam, ad diversa premia, specialiter ad salutem & redemptionem generis humani, ordinare & applicare voluit; unde communiter dicunt Theologi, Christum per passionem & mortem suam, meritum suum consummasse. Alia argumenta que contra nostram conclusionem fieri solent, supra disp. 4. art. 3. §. 2. & 3. agendo de valore infinito satisfactionis Christi, proposita & soluta sunt.

ARTICULUS V.

An Christus sibi meruerit gratiam habitualem, & gloriam essentialiam anime, vel saltem mereri potuerit, tamen illam a primo instanti sui conceptionis habuerit?

§. I.

Quibusdam premiis referuntur sententiae.

134 Supponimus in primis ut certum, Christum a primo sue conceptionis instanti habuisse gratiam habitualem, atque gloriam essentialiam anime, clarum scilicet Dei visionem, ut supra de gratia habituali disp. 16. art. 1. ostensum est. Unde hic examinandum restat, quia ratione utramque tunc obtinuerit, an scilicet per propriam meritum, vel sine illo?

135 Supponimus etiam ut certum, quod si Christus assumeret naturam humanam, gloria essentiali & gratia habituali spoliatus, utramque mereri posset; nam in tali casu posset Christus elicere actus bonos supernaturales, vel cum auxilio supernaturali, vel ex unione nature humane ad Personam divinam; cumque ex alia parte nulla ex conditionibus ad meritum requisitis deficeret, consequens fit, quod in tali hypothese Christus & gratiam habitualem, & gloriam essentialiam mereri poterit. Unde solum difficultas est, & controversia inter Theologos, an postea quod Christus ab initio conceptionis, tam gratiam habitualem, quam gloriam essentialiam anime habuerit, nihilominus illas promereri poterit?

136 Prima sententia asserit Christum de facto utramque meruisse. Hanc docent Altiudorensis, lib. 1. tract. 1. c. 7. Major in 3. dist. 18. quest. 2. Bassolis, Theophilus Raynaudus, & alii; illamque probabiliter censet Suarez disp. 40. sect. 2.

137 Secunda extreme opposita negat id contingere potuisse, etiam de potentia absoluta, supposito quod Christus a primo conceptionis momento gratiam habitualem, & gloriam essentialiam habuerit. Ita Medina hic art. 3. quest. 5. concl. 4. Nazarius controv. univ. p. 7. concl. 2. Cabrera disp. 7. §. 1. concl. 2. & Joann. a Sancto Thoma disp. 18. art. 1. concl. 2. Hanc enim sententiam infirmat Vasquez disp. 78. cap. 3. ubi docet quod si possibile foret ut Christus mereretur suam beatitudinem essentialiam, illam de facto meruisset.

138 Tertia, que media est, asserit id de facto non contigisse, potuisse tamen contingere de potentia absoluta, tamen si Christus gratiam habitualem, & gloriam essentialiam anime ab initio conceptionis habuerit. Ita Cipullus hic

hic art. 3. dub. 10. Magister Godoy in manuscripto de gratia Christi, & alii ab ipso citati.

§. II.

Statuitur prima conclusio, & ostenditur Christum, nec gratiam habitualem, nec gloriam essentialiam anime, de facto meruisse.

137 Dico primo: Christus non meruit gratiam habitua-

lem, nec gloriam essentialiam anime. Hanc conclusionem probant aliqui hoc discursu: Christus non meruit unionem suam humanitatis cum Verbo, quoadquidem unio hypostatica precessit omne meritum, & gratuito humanitati Christi concessa est: Ergo neque meritum gratiam ad gloriam. Probant Consequentiam, quia gratia & gloria necessario consequuntur ipsam unionem, sicut proprietates essentiam: unde sic passiones non possunt cadere sub meritum, quia consequuntur essentiam, ita nec gratia habitualis, nec gloria essentialis anime Christi.

138 Alii utuntur hac ratione: Gratia & gloria erant debite anime Christi, titulo connaturalitatis, ratione unionis hypostaticae: At quod est debitum alicui titulo connaturalitatis, non potest fieri iterum ei debitum per meritum: Ergo, &c.

139 Verum he rationes non videntur efficaces, prima enim supponit falsum, nempe gratiam habitualem & gloriam manare ab unione hypostatica tanquam illius passiones, hoc enim supra disp. 13. art. 1. §. 3. impugnatum est. Secunda vero habet manifestam instantiam in gloria corporis, que erat debita Christo, titulo connaturalitatis, cum deberet connaturaliter emanare a gloria anime, & tamen, ut videbimus articulo sequenti, Christus illam sibi meruit: unde habere aliquid ex merito, & connaturaliter, non sunt tituli se invicem excludentes. His ergo rationibus pretermisissis

140 Prima pars conclusionis probatur hac ratione: Christus non meruit gratiam habitualem per actus ab ipsa procedentes: Sed omnes actus meritorius Christi a gratia habituali precessit: Ergo eam non meruit. Major constat, nam principium meriti, de lege saltem ordinaria, non potest esse premium operum procedentium ab ipso. Minor vero probatur. Oportuit ut anima Christi actus meritorios eliceret connaturaliter: Sed sic elici nequeunt sine gratia habituali: Ergo omnes actus meritorios eliceret connaturaliter: Sed sic elici nequeunt sine gratia habituali: Ergo omnes actus meritorius Christi, a gratia habituali precessit. Minor supra disp. 12. art. 1. concl. 2. probata fuit, Major vero constat: Tum quia de Christi actibus loqui debemus conformiter ad illum naturam, nisi oppositum sit revelatum, vel aliquid inconveniens sequatur. Tum etiam, quia operari actus supernaturales modo non connaturali, est imperfecte operari. Christo autem attribueri debemus nedum perfectas operationes, sed etiam modum operandi perfectum.

141 Secunda pars conclusionis, que est de gloria essentiali anime Christi, probatur primo ratione D. Thome ad hanc formam redacta. Ut Christus mereretur anime beatitudinem, necessarium erat quod illa aliquando caruisset: Sed carentia beatitudinis essentialis, pro nullo instanti fuit in anima Christi: Ergo meruit essentialiam anime beatitudinem. Major manifesta videtur, nam meritum non est nisi ejus quod nondum habetur: Ergo ut Christus mereretur essentialiam anime beatitudinem, necessarium erat quod aliquando ea caruisset. Minorem vero probat Divus Thomas, quia carentia beatitudinis magis dignitatem Christi prejudicat, quam per meritum ista accrescat, & consequenter majoris dignitatis est nunquam carere essentiali beatitudine, quam per meritum illam obtinere, cum enim (ut notavit Cajetanus) essentialis beatitudo intra latitudinem gratie contineatur, illius carentia, est carentia plenitudinis gratie, que magis prejudicat dignitati Christi, quam talis dignitas per meritum accrescat: Sed Christum concedi debet quod majoris dignitatis est: Ergo asserendum est, ipsum nunquam essentiali beatitudine anime caruisse.

142 Secundo traditur potest eadem pars hac ratione: Cognitio fidei vel alia quocumque invidens non potuit regulari meritum Christi, cum nec cognitio fidei, nec illa notitia obscura, possit esse finalis cum visione beata, quam Christus a primo instanti conceptionis habuit: unde meritum Christi vel a visione beata, vel a scientia infusa ipsam consequente regulatum fuit; subindeque utraque scientia, beata nimirum illius regula supposita est: nec meritum Christi, tanquam illius regula supposita est: nec cum principium meriti non cadit sub merito, Christus nec scientiam beatam, nec infusam meruit, sed utramque a primo conceptionis momento, titulo connaturalitatis, a Deo recepit.

§. III.

Solventur objectiones.

143 Obijcies primo contra primam partem conclusionis: Iuxta D. Thomam intra qu. 34. art. 3. Christus in primo sue conceptionis instanti sanctificatus fuit per proprium actum, & propriam dispositionem, qui est modus sanctificationis adultorum, perfectiorque modo sanctificationis parvulorum: Ergo juxta D. Thomam, motus liber caritatis precessit in Christo gratiam habitualem; nam actus disponens ad formam saltem prioritate nature, petit precedere formam: Ad predicto actui nihil desuit ut de facto mereretur gratiam habitualem; Ergo illam de facto meruit. Minor patet, nam actus ille fuit supernaturalis, & precessit a Christo ut viatore, & ut subiecto pro illo priori grato, gratitudine personali: Ergo habuit conditiones omnes ad meritum necessarias, & consequenter de facto meruit gratiam habitualem.

144 Hinc argumento respondent aliqui ex nostris Thomis, quod licet Christus per proprios actus se disposuerit ad gratiam habitualem, eam tamen non meruit, quia tales actus solum prioritate nature illam precessere, meritum autem debet tempore precedere premium. Alii vero dicunt (& haec solutio coincidit cum precedenti) Christum per actum caritatis, quo in primo conceptionis momento ad gratiam habitualem se disposuit, illam non meruisse, quia talis actus non fuit dispositio precedens gratiam, sed eam dumtaxat concomitans. Tertio alii respondent cum Medina, ideo predictum actum non meruisse gratiam habitualem, quia ut meritorius esset gratiam necessario supponebat: sicut (inquunt) in nobis dispositio ultima ad gratiam habitualem, eam non meretur, ut in Tract. de justificatione, & merito disp. 2. art. 7. docuimus.

145 Sed haec solutiones non placent: quia ad rationem premii non requiritur quod tempore meritum sequatur, nam augmentum gratie respondens actibus habitu intensioribus ut premium, simul tempore existit cum illis: Ergo ob defectum precedentiae temporis ad gratiam habitualem, non redduntur actus Christi quibus ad eam se disposuit, insufficientes, ut sint merita condigna illius. Ex quo constat manet secunda solutio, nam dispositio concomitans, licet non antecedit formam prioritate temporis, eam tamen precedit prioritate nature: At inter meritum & premium, non requiritur necessario prioritas temporis, sed sufficit prioritas nature, ut patet in exemplo adducto: Ergo dato quod actus caritatis, quo Christus ad gratiam habitualem se disposuit, fuerit solum dispositio concomitans, & prioritate solum nature eam antecederet, potuit nihilominus eam mereri de condigno.

146 Tertia etiam solutio displicet: Ideo namque dispositio ultima ad gratiam, illam non meretur in nobis, quia pro illo priori quod disponit ad illam, non procedit a subiecto grato: Sed actus disponens ad gratiam habitualem in Christo, pro priori quo intelligitur habitualem gratiam antecedere, intelligitur procedens a subiecto grato Deo, gratitudine substantiali, a gratia unionis procedente: Ergo ex eo quod pro illo priori talis actus gratiam habitualem non supponat, non redditur insufficientis ut sit meritum condignum illius. His ergo solutionibus pretermisissis

147 Respondeo primo, ideo Christum non meruisse gratiam habitualem, tamen per proprios actus ad illam se disposuerit, quia ut illi actus connaturaliter elicerentur ab anima Christi, debuerunt precedere a gratia habituali, ut a principio quo, ut probando primam partem nostrae conclusionis dicebamus: unde licet illis actibus nihil desit sufficientiae meritorie respectu gratie habitualis, quia tamen principium meriti non cadit sub merito, illam de facto non meruerunt.

148 Secundo responderi potest, Christum per illos actus gratiam non meruisse, vel quia Deus non promisit illis habitualem gratiam ut premium, vel quia Christus suos actus ad illam ut ad premium non direxit, Christus enim non direxit suas operationes meritorias ut ad premium, ad id omne ad quod habebat sufficientiam, & vim meritoriam: fuere enim sufficientes ad locutionem Patris merendam, quam tamen non merere de facto, quia Christus illas ad ipsam ut ad premium non direxit. Ideo vero Christus non direxit suas operationes ad gratiam habitualement promerendam, quia eam modo connaturali mereri non poterat, cum ad modum connaturali merendi in Christo presupponi debebat talis gratia, ut supra disp. 12. art. 2. §. 1. concl. 3. ostensum est.

149 Obijcies secundo contra secundam partem conclusionis: Ista 53. de Christo dicitur: Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit & saturabitur: Sed per ly videbit, non potest alia visio quam beatifica intelligi, cum illa sola satiet omnem hominis appetitum: Ergo juxta Scripturam, Christus meruit visionem beatificam: subindeque gloriam anime essentialiam.

148 Respondeo testimonium illud non intelligi de visione beatifica, sed de visione feminis longevi...

149 Obijciat tertio: Non est de ratione meriti quod tempore premium precedat...

150 Respondeo distinguendo Antecedens: De ratione meriti non habentis conditiones premio oppositas...

151 Dices primo: Divus Thomas quod lib. 9. artic. 8. docet Angelum in primo instanti fuisse beatum...

152 Respondeo cum Bergomeni in tabula aurea dub. 154. & cum Ferrar. 3. contra Gent. D. Thomam loco citato non fuisse locutum ex propria...

153 Dices secundo: D. Thomas ex eodem principio (nimirum quod meritum & premium non possunt simul in eodem instanti existere) infert Christum non solum non meruisse gloriam essentiali...

154 Respondeo, concessa Majori, negando Minorem: nam gratia de qua loquitur D. Thomas, est gratia consummata, & in statu perfecto...

§. IV.

Alia difficultas resolvitur.

Dico secundo: Potuit Christus, de potentia absoluta, gratiam habitualem, & beatitudinem anime, habitas ab initio conceptionis de condigno mereri.

Probatum breviter: Potuit Christus de potentia absoluta, gratiam habitualem, beatitudinem essentiali, non habitam ab initio conceptionis mereri...

Arguunt ergo Adversarii contra istam conclusionem multipliciter. In primis enim contra istam sic insurgunt. Implicat subjectum aliquid esse in termino...

Secundo, Non stat moveri per meritum ad beatitudinem nisi mediante actu spei de premio obtinendo per meritum: Sed implicat spem beatitudinis, simul in eodem instanti cum ejus fructione existere...

Tertio, beatitudo cum unione hypostatica per modum passionis convertitur: Ergo implicat Christum mereri beatitudinem, nisi etiam unionem hypostaticam mereatur...

Quarto, non potest dari dilectio in Christo, coexistenti cum visione beatifica, nisi reguletur per ipsam, vel per cognitionem istam supponentem: sed implicat actum regulatum visione beatifica, vel notitia istam supponentem...

Demam, Principium meriti non potest cadere sub merito: Sed gratia habitualis fuit in Christo principium meriti: Ergo non potuit cadere sub merito.

Hec tamen, licet aliquid difficultatis pre se ferant, evidentem tamen non offendunt implicare contradictionem, quod Christus beatitudinem anime, quam ab initio conceptionis habuit, de condigno promeruerit...

Ad secundum dicendum quod licet de lege ordinaria Dei non fiat meritum beatitudinis, absque ipse illam consequendi, ostendi tamen non potest id esse impossibile de potentia absoluta...

Ad tertium, dicitur Antecedente (quod plures ex Thomis negant, existimantes gratiam habitualem, & beatitudinem anime Christi, non dimanare physice ad modum passionis a gratia unionis) nego Consequentiam...

Ad quartum, dicitur Antecedente (quod plures ex Thomis negant, existimantes gratiam habitualem, & beatitudinem anime Christi, non dimanare physice ad modum passionis a gratia unionis) nego Consequentiam...

155

157

158

159

160

161

162

163

non minus ad gloriam anime sequitur, quam hac ad gloriam unionis, & tamen de facto Christus meruit beatitudinem corporis, & non meruit beatitudinem anime...

164 Ad quartum respondeo, negando Majorem, ad cujus probationem dico, actum dilectionis in Christo, coexistentem visioni beate, regulari scientia infusa: licet autem talis scientia fit ex natura rei posterior visione beata, & dependens ab illa, hac tamen dependentia essentialis non est...

165 Dices, Notitia Dei habita per scientiam infusam, antecedens visionem beatam, & independens ab illa, necessario esset obscura: Sed implicat obscura cognitio visioni beate coexistere: Ergo implicat notitia regulans dilectionem in Christo, coexistentem visioni beate, que ab illa fit independens...

166 Respondeo negando Majorem, ad cujus probationem, nego etiam Majorem: ideo enim Theologia nostra scientia beatorum subalternatur, quia habet Deum pro objecto primario, sicut scientia beata, & conclusiones, nempe attributa divina erga que veritatur, primario deducit ex divina essentia, ut cognita clare in seipsa, vel ut cognita obscure per fidem: scientia autem per se infusa, non habet pro objecto primario Deum, sed ens creatum, ut in se & ratione sui supernaturaliter cognoscibile, perspicuum propriam illum in se representantem: nec vel proprietates demonstrat, nec conclusiones ex principijs cognitis per visionem beatam dedit: unde non subalternatur scientia beate, subindeque procedenter ad illam, claritatem & evidentiam habere potest.

167 Ad ultimum dicendum quod licet de facto gratia habitualis fuerit in Christo principium meriti, & necessaria ad merendum conaturali modo; de potentia tamen absoluta actus meritorij potuerunt procedere in Christo, a sola gratia unionis, & auxilio actuali supernaturalis ordinis, ut supra disp. 12. art. 2. §. 2. concl. 3. ostensum est.

ARTICULUS VI.

An Christus gloriam sui corporis, sui que nominis exaltationem sibi meruerit?

§. I.

Error Calvini refertur, & variis Scripturarum testimoniis, nec non ratione D. Thomae refellitur.

168 Calvinus lib. 2. instit. cap. 17. §. 6. affirmavit Christum Dominum, nihil sibi meruisse, nec gloriam corporis, nec nominis exaltationem, sed omnia merita sua ad nos ordinasse, omneque premium illis correspondens nobis contulisse, & sic magis eximium quo homines prosequeretur amorem offenderet; reprehenditque Lombardum & Scholasticos, eosque curiositatis & temeritatis arguit, quod oppositum doceant, & Christum non solum nobis, sed etiam sibi meruisse pronuntiant. Verum hac doctrina Calvinus, non solum temeraria, sed etiam profusa erronea est, & Scriptura ac SS. Patribus aperte repugnat, unde ut illa constiterit, & Catholica veritas stabilietur.

Dico breviter: Christus gloriam sui corporis, sui que nominis exaltationem, sibi promeruit.

169 Probatum primo conclusio variis Scripturarum testimoniis, que illam aperte demonstrant: dicitur enim Luc. 24. Nonne operum Christi pati, & ita intrare in gloriam suam? corpus scilicet, nam gloriam anime a primo conceptionis momento possidebat. Ad Hebræos 2. Vidimus Jesum, propter passionem mortis, gloria & honore coronatum. Ad Ephes. 4. Quod antequam ascenderet, quid est nisi quod descendit in inferos, res parvas terra? Ubi ascensus in caelum, descensus per humilitatem tribuitur. Item dicit Apollolus ad Philip. 2. de Christo loquens sic ait: Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flexerit, & cetera. Quibus verbis Apollolus (ut ibidem observat S. Thomas) commendat premium humilitatis Christi, per quod meruit sibi exaltationem, quantum ad tria: nimirum quantum ad gloriam resurrectionis, ut denota-

tur per illa verba, Propter quod & Deus exaltavit illum. Quoad manifestationem suam divinitatis, ut designant verba sequentia: Et dicitur illi nomen quod est super omne nomen. Et quoad reverentiam totius creaturæ, ut denotant alia illa verba: Ut in nomine Jesu omne genu flexerit, caelestium, ter. strum, & infernarum.

Nec admittenda est evasio Calvinus, quia ad predicta testimonia respondet, quod in illis solum significatur simplex affectus glorie corporis post mortem & passionem Christi, non autem causa meritoria. Quis enim non videat quod illa particula propter, qua utitur Apollolus, causalfatem veram denotat, que non potest esse alia quam meritoria?

Id magis constat ex percelebri Propheta Regii testimonio, qui Psal. 109. exaltationem Christi in resurrectione & Ascensione, & gloriosissimum ejus triumphum, adscribendum esse tamquam precipue causæ meritoria, ipsius humilitatis, laboribus, gravissimisque acerbissimis passionis doloribus, his verbis declarat: Quia corripuit in vita bibere, propterea exaltabit caput. Torquentem appellat cursum rerum humanarum: quomodo enim torrens magno impetu & sonitu fluit, & ne veitigum quidem flui relinquit: sic sunt res humane, tempore hujus mortalitatis; transiunt enim omnia, & turbationes gentium & populorum, ut tempore Alexandri Magni, Cæsaris, Gultavi Sveciorum Regis, & similia: sed paulo post finem accipiunt, tam ipsi, quam polveri eorum, & vix inveniantur vestigia potentie ipsorum. Ad hanc torrentem descendit Filius Dei per Incarnationem suam, & in vita id est, in spatio vite sue mortalis & transiuntis, bibit aquam turbidam hujus torrentis, talit erumnasnoite mortalitatis; immo etiam in profundum torrentis descendit per passionem, juxta illud Psal. 68. Intraverunt aquas usque ad animam meam, infusus sum in lino profundis, & non est subsistens. Merito igitur hujus tante humilitationis, sponte susceptæ pro gloria Patris, & salute generis humani & gravissimorum dolorum quos pertulit, pertranscundo torrentem mortalitatis nostre, exaltavit postea caput in Resurrectione & Ascensione sua, triumphans de hostibus in æternum, sedensque ad dexteram Patris, & constitutus iudex vivorum & mortuorum. Unde Tertullianus lib. de corona militis: Christus fuit post secula gustavit, nec ante Rex gloria in caelestibus salutaris, quam Rex Judæorum proferretur in Crucem. Et Augustinus Tract. 104. in Joann. Humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est premium. Quam claritatem Christus a Patre petebat Joann. 17. his verbis: Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod destitisti mihi ut facerem, & nunc clarificame tu in pace. Hoc etiam D. Bernardus serm. 3. de Ascensione Domini infert, Deum, licet natura sua periclitissimus sit, & nihil ipsi ad augmentum accedere possit, nec ad decrementum decedere, modum tamen per Incarnationem invenisse, quo proficeret. Christus inquit) cum per naturam divinitatis non haberet quo cresceret, ascenderet, vel proficeret; per descensum quomodo cresceret invenit, veniens incarnari, pati, mori, ne moreretur in æternum: propter quod Deus exaltavit illum.

Probatum secundo conclusio ratione D. Thomæ hic art. 3. Habere aliquid per meritum, dignius, & perfectius est, quam illud habere sine merito, si cetera sint paria; hoc est si majoris dignitatis detrimentum non sequatur: Sed potest Christus habere ex meritis gloriam sui corporis, & sui nominis exaltationem; nec sequitur hoc detrimentum majoris alicujus dignitatis: Ergo utrumque Christus meruit.

Confirmatur: Actibus Christi Domini nulla est conditionibus ad meritum requisitis defuit in ordine ad gloriam corporis, & alias illa non se tenuit ex parte principij meriti, sicut unio hypostatica & gratia habitualis: Illam etiam ab initio conceptionis non habuit, sicut gloriam & beatitudinem anime; sed ea caruit toto tempore vite mortalis, ut locus redemptionis hominum, per passionem & mortem daretur: Ergo licet Christus unionem hypostaticam, gratiam habitualem, & gloriam anime non meruerit; gloriam tamen corporis morte & passione sua sibi promeruit. Idemque de nominis sui exaltatione dicendum est. Unde Apocal. 5. dicitur: Dignus qui occisus est, accipere vitrum & divinitatem, sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Quæ omnia pertinent ad nominis exaltationem, atque gloriam corporis ipsius Christi, & resurrectionis ejus, in qua divinitatem accepisse dicitur, quia in ea facta fuit reitutio totius humanitatis cum Verbo, & veluti quondam reitutio unionis hypostaticæ, ut disp. 7. art. 3. §. 3. coroll. ult. declaravimus. Notanda vero sunt particule ille dignus & qui occisus est, quæ denotant mortem & passionem Christi fuisse causam meritoriam sue resurrectionis & exaltationis. Unde perinde est dicere, Dignus est qui occisus est, ac dicere, Dignus est, quia occisus est, unde paulo ante propter eandem rationem dicitur, Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus es.

Solvuntur objectiones.

- 172 **O**bjicies primo cum Calvino: In sacris litteris non assignatur alia causa adventus Christi, quam nostra salus & redemptio, ut supra disp. 5. variis Scripturae testimoniis declaravimus: At si Christus sibi meruisset gloriam corporis, & exaltationem sui nominis, sola causa adventus ejus in mundum, non fuisset nostra salus & redemptio, sed etiam proprium commodum & utilitas, nimirum gloria sui corporis, & exaltatio sui nominis: unde magis pro se incarnatus & mortuus esset, quam pro hominibus, ut olim contra Arianos arguebat Cyrillus lib. 3. thesauri. 2. ubi sic ait: Si vero ut ipsi dicunt, exaltatus post incarnationem est Filius Dei, & factus sublimis, quod antea non habebat, pro se magis incarnatus esset, quam pro hominibus, sibi enim magis secundum vos profuit, quam hominibus, ut non pro nostra salute magis, quam ut ipse exaltaretur, nomenque maximum assequeretur, homo factus esset. Addit Calvino, quod si Christus aliquid sibi meruisset, dilectio ejus erga homines frigeret: nam quaerens ex suo merito propriam utilitatem, non ita diligit illum cui aliquid donum meretur, ac si nihil utilitas sibi ex tali motivo quaerret.
- 173 **R**espondeo quod licet finis primo & principaliter intentus pro adventum Christi, fuerit salus nostra & redemptio, hoc tamen non obstat quin Christus secundario & minus principaliter potuerit intendere gloriam sui corporis, siveque nominis exaltationem, & ad illam obtinendam merita sui secundario ordinare. Exemplum habemus in Angelis, quibus Christus illuminationes & gaudia quadam accidentaliter promeruit, sicut hominibus gratiam & gloriam essentialiter, cum hac tamen differentia, quod humanitas Christi (ut ait S. Thomas quest. 29. de verit. art. 4. ad 5.) ordinatur ad infirmitatem quam facit in homine, ut ad finem intentum: infirmitatem vero in Angelis, non est ut sint incarnationis, sed tantquam incarnationem consequens. Ita similiter dicimus, quod licet Christus morte & passione sua meruerit gloriam corporis, & nominis sui exaltationem: hoc tamen non fuit de primaria ejus intentione, praecipua enim passionis suae causa fuit nostra redemptio. Unde quemadmodum Christus pro Angelis non dicitur incarnatus vel mortuus, ita nec propter se venisse & mortuum esse affirmari potest, nam ille modus loquendi denotat primum & praecipuum mortis, adventus, & passionis Christi finem ac motivum.
- 174 **N**ec urget contra hanc responsum discursus Cyrilli in objectione adductus: argumentatur enim ille contra Arianos, qui ponebant Christum non esse verum Deum, sed purum hominem, & per gratiam atque propria merita, sibi acquisivisse tantam dignitatem, ut esset supra omnes alias creaturas, haberetque quandam conjunctionis modum ad ipsam divinitatem. Contra quem errorem efficaciter erat Cyrilli argumentum: nam homo ille Christus ab illis haereticis constitutus, certe venisset per se primo in mundum, ad acquirendum illud tanta tantumque excellentis dignitatis fastigium, subindeque pro se magis incarnatus esset, quam pro hominibus.
- 175 **E**x his patet caritatem Christi erga homines non refrigerare (ut inepte objicit Calvino) sed potius mirum in modum splendescere, ex eo quod gloriam sui corporis sibi meruerit: cum enim gloria corporis esset ipsi connaturaliter debita, & ex unione hypostatica, ac gloria animae, naturali quadam sequela proficere, & dimanare debuisset: voluit tamen Christus, ob summum quo homines prosequeretur amorem continuo miraculo, sui que concursu suspensione, redundantiam & effluxum gloriae ex anima in corpus impedire, ut locus redemptioni hominum per passionem & mortem daretur, suoque nos instrueret & informaret exemplo, non nisi per multas tribulationes posse nos intra regnum caelorum.
- 176 **O**bjicies secundo: Christus non meruit gloriam essentialiter animae: Ergo nec gloriam corporis. Probatur Consequentia, nam cum duo per modum essentiae & proprietatis se habent, unum non potest obtineri per meritum sine altero: Sed gloria corporis sequitur ad gloriam animae, per modum propriae passionis: Ergo si Christus gloriam animae non meruit, nec gloriam sui corporis potuit promereri.
- 177 **R**espondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam, & ad illius probationem, distinguo Majorem: cum duo per modum essentiae & proprietatis se habent, unum non potest obtineri per meritum sine altero, si simul utrumque fiat, concedo Majorem. Si essentia habita supponatur sine sua propria passione, nego Majorem, & data Minori, nego Consequentiam. Nam gloria animae supponitur ab initio conceptionis possessa a Christo sine gloria corporis, ut daretur locus redemptioni hominum per passionem & mortem: ideo quamvis

gloria corporis sequatur ad gloriam animae tamquam propria passio (quod a pluribus negatur) potuit Christus gloriam corporis qua non fruebatur, mereri, absque eo quod gloriam essentialiter animae mereretur.

Objicies tertio: Gloria corporis erat debita Christo titulo connaturalitatis, non solum ratione gloriae animae, sed etiam ratione unionis hypostaticae: At quod est debitum alicui titulo connaturalitatis, non potest fieri iterum ei debitum titulo justitiae, nec consequenter per meritum: Ergo Christus gloriam sui corporis promereri non potuit.

Respondeo, concessio Majori, negando Minorem: non enim est inconveniens ut illud quod Christo alias debebatur titulo connaturalitatis, si illud non habuit a principio, postea etiam per meritum proprium acquirat, nec enim duo illi tituli sunt impossibiles, vel se invicem excludentes, ut patet in humanis, nam filius Regis praclaris gestis, dignis corona & imperio, mereri potest regnum, alias sibi hereditario jure debitum. Idem dicendum de Christo, nam Psalm. 2. Pater aeternus ei dicit: *Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam* &c. ubi id quod hereditario jure Christo debebatur, titulo orationis & deprecationis confertur.

§. III.

Corollaria praecedens doctrinae.

EX dictis inferes primo contra Scotum: Christum vere, & proprie, ac directe meruisse gloriam sui corporis, & non tantum ablationem impedimenti: quo gloria animae detinebatur, & prohibebatur ne redundaret in corpus.

Patet hoc corollarium: Primo quia de facto nullum fuit impedimentum extrinsecum detinens gloriam animae, nec transiret ad corpus, sed solum detinebatur per subtractionem consentus divini: Ergo non meruit remotionem impedimenti.

Secundo, dato admissis positivum impedimentum, non sequitur Christum illud directe & per se primo meruisse: ergo ruit sententia Scoti. Consequentia patet, Antecedens probatur. Id aliquis directe meretur quod primo cadit in merentis & praemiantis intentionem: Sed illo admissis positivum impedimentum, intentio tamen Christi merentis, & Dei praemiantis, per se primo tendebat ad gloriam corporis: Ergo adhuc tali impedimento admissio, non sequitur Christum gloriam sui corporis directe & per se primo non meruisse.

Tertio, Verba Scripturae attribuentia Christo meritum gloriae sui corporis, sunt in proprietate accipienda: Sed mereri solum impedimenti remotionem, non est cum proprietate gloriam corporis promereri, cum removens prohibens, dicatur solum per accidens & improprie causa effectus: verbi gratia tollens impedimentum quo lapis detinetur ne descendat in centrum, non dicitur proprie motum lapidis causare: Ergo Christus vere & proprie ac directe meruit gloriam sui corporis, & non solum ablationem impedimenti quo gloria animae detinebatur & prohibebatur ne redundaret & resisteret in corpus.

Inferes secundo: Christum obtinuisse suis meritis iudicariam potestatem, regiam, ac sacerdotalem dignitatem, & Imperium omnium rerum dominium, non tamen dignitatem capitis Ecclesiae.

Probatur breviter hoc corollarium, quantum ad tres primas partes: Nam ex triplici tantum capite potuit provenire quod Christus praedictas dignitates non mereretur, vel quia sunt debita connaturaliter: vel quia in primo instanti fuerunt illi collatae, vel quia non pertinent ad dignitatem Christi habere illas ex merito: Sed nullum horum dici potest: Ergo Christus praedictas dignitates meruit. Minor quoad primam partem patet ex supra dictis, nam optime stat aliquid esse debitum connaturaliter Christo, & tamen cadere sub merito, ut patet de gloria corporis. Quoad secundam etiam constat ex fundamentis articulo praeced. statuit, nam ut ibidem ostendimus, aliquid potest simul esse cum premio in eodem instanti reali, cum sola praecedentia natura, ut liquet in merito augmenti habitus caritatis per actus ferventiores. Quoad tertiam partem videtur manifesta, quia ad maximam Christi perfectionem pertinet, non solum praedictas dignitates habere connaturaliter ex vi unionis hypostaticae, sed etiam eas proprio merito acquirere: sicut gloriam corporis, non solum titulo connaturalitatis, sed etiam titulo meriti & justitiae obtinuit.

Quarta vero pars, quae asserit Christum dignitatem capitis Ecclesiae non habuisse per meritum, docetur a Ciphalo hic dubio 11. versus finem, potestque breviter suaderi, tum ex eo quod dignitas capitis competit Chrifioratione gratia habitualis, ut supra disp. 4. art. 5. docuimus: Sed Christus gratia habituali non meruit, ut ostendimus articulo praeced. Ergo nec dignitatem capitis. Tum etiam, quia omnis actus meritorius Christi, procedit ab illo in capite morali: Sed quod ex parte principii meriti Christi praecessit, sub illius merito non cadit: Ergo Christus dignitatem capitis non meruit.

ARTICULUS VII.

An Christus omnes effectus praedestinationis nobis meruerit?

- 182 **E**rrum est, Christum non sibi tantum, sed etiam nobis meruisse: ut enim discurrit D. Thomas hic art. 4. in Christo fuit gratia non solum ut in homine singulari, sed etiam ut in capite totius Ecclesiae: unde sicut in corpore naturali caput sentit sibi & omnibus membris, ita in corpore mystico Ecclesiae, Christus non solum sibi, sed etiam aliis meruit. Solum ergo difficultas est, an meritum Christi respectu nostri, ita sit perfectum & universale, quod ad omnes nostrae praedestinationis effectus se extendat? Pro resolutione sit

§. I.

Conclusio affirmativa statuitur.

Dico igitur: Christus meruit nobis omnes praedestinationis effectus: hoc est gloriam, gratiam, auxilia supernaturalia, dispositiones proximas & remotas ad gratiam, immo & bona temporalia, quatenus ordinantur ad supernaturalia.

- 183 **P**robatur primo ex Scriptura: Ait enim Apostolus ad Ephes. 1. *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali, in caelestibus in Christo.* Ubi ut notat D. Thomas, cum Ambrosio & aliis SS. Patribus, particula in ponitur pro particula per, quae denotat causam efficientem moralem, sicut quando idem Apostolus in eodem capite ait: *Gratificavit nos in dilecto Filio suo, idem sonat ac si diceretur, Per Filium suum.* Et cum subdit: *In quo habemus redemptionem*, idem significat ac *Per quem habemus redemptionem.* Unde sensus verborum Pauli est, Deum per Christum, seu per Christi meritum, omnem spirituale benedictionem nobis contulisse: Sed omnis effectus nostrae praedestinationis, omneque bonum superius dictum quod nobis conferunt, est spiritualis benedictio: Ergo Christus omnes effectus nostrae praedestinationis, & omnia bona & dona supernaturalia nobis meruit.
- 184 **C**onfirmatur ex illo Joann. 1. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Quo in loco, ut observat Chrysolomus ibid. hom. 13. & Augustinus Tract. 3. in Joann. denotatur omnia bona supernaturalia esse in nobis pro Christo. Et sane id colligitur ex illis verbis: *gratiam pro gratia*: nam secundum praesum Hebraicam significant omnem gratiam, a prima usque ad ultimam, esse pro Christo, ut patet ex illo Job a. *Peilem pro pelle dabit homo pro anima sua*, id est omnem peilem: ac si diceretur, a primo bono usque ad ultimum, & a minimo usque ad maximum, & pretiosissimum, permittit homo se spoliarum, ut vitam tueri possit.
- 185 **P**robatur secundo conclusio: Christus nobis meruit quidquid Adam demeruit, alias non superabundaret gratia Christi Salvatoris, ubi abundavit delictum: Sed Adamus, nobis demeruit carentiam omnium effectuum praedestinationis, omniumque bonorum & donorum supernaturalium: Ergo Christus illa omnia nobis promeruit.
- 186 **P**robatur tertio: Christus nihil infuit in homines, nisi quod illis meruit: Sed omnes effectus praedestinationis, & omnia bona supernaturalia quae sunt in hominibus, sunt ex ipsius Christi influxu: Ergo nobis per ejus merita conferuntur. Major patet, nam Christi efficientia in homines, non plus se extendit, quam ejus meritum: immo per suum meritum habet quod in homines infuset. Minor vero, praeterquam quod ex testimoniis Scripturae supra adductis aperte colligitur, hac ratione suadet. Gratia fuit in Christo, sicut in universali principio in genere habentium gratiam: Christus enim, propter immediatam unionem suae humanitatis ad Verbum, debebat habere ipsam gratiam in perfectissimo gradu, & quia erat redemptor & sanctificator hominum, oportebat quod haberet gratiam in alios redundantem, quod est habere illam per modum principii in genere habentium gratiam: Sed virtus primi principii alicujus generis, universaliter se extendit ad omnes effectus illius generis, ut patet in Sole, cujus virtus ad omnes rerum inferiorum generationes se extendit, quia est causa universalis generalis: Ergo omnes effectus praedestinationis, & omnia bona supernaturalia, quae sunt in nobis, ex Christi influxu procedunt. Unde praclare Bernardus serm. 13. in Cantica: *Quidquid sapientia, quidquid virtutis habere cupitis, Dei virtuti, Dei sapientiae, de qua Christus. Et ante, initio sermonis dixerat: Origo fontium & fuminum mare est, virtutum & scientiarum Dominus Jesus Christus.*
- 187 **C**onfirmatur: Christus, quoad influxum supernaturalem quem in nos habet, comparatur capiti, & viti: unde Tridentinum sess. 6. cap. 16. ait: *Christus Jesus tamquam caput in membra, & tamquam vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem infudit, &c.* Sed palmes nihil habent nisi dependente a vite, & membra corporis humani, in

omnibus suis motibus & operationibus vitalibus, a directione & influxu capitis dependet: Ergo pariter nihil boni supernaturalis est in nobis, nisi dependente a Christo, & ex ejus influxu.

Denique suaderi potest conclusio hac ratione: Attribuendum est Christo quicquid excellentiae & dignitatis est, nisi vel in se repugnet, vel oppositum revelatum sit. Sed Christum suo merito omnes praedestinationis effectus efficienter moraliter seu meritorie in nobis causasse, excellentiae est & dignitatis, & in se non repugnat, nec oppositum revelatum est: Ergo attendendum est Christum omnes praedestinationis effectus nobis meruisse: Unde Ecclesia in collectis, sive petat gratiam, five auxilia supernaturalia, sive bona temporalia, ut ad salutem aeternam conducant, concludit semper: *Per Dominum nostrum Jesum Christum*, ut significet haec omnia nobis ex meritis Christi donari.

Confirmatur: Christi meritum utpote infinitum potuit ad omnes nostrae praedestinationis effectus, omniaque bona & dona supernaturalia se extendere: cum Christus sit redemptor & sanctificator hominum, congruum fuit ut ad omnia quae pertinent ad ordinem redemptionis, & nostrae praedestinationis, merita sua dirigeret & ordinaret: Ergo nulla ratione videtur negandum, Christum omnia dona supernaturalia, omneque praedestinationis effectus, nobis meruisse.

§. II.

Solvuntur objectiones.

Objicies primo: Si Christus meruisset nobis gratiam, non darentur nobis gratis, sed ex justitia: At hoc dici nequit: Ergo nec illud. Sequela Majoris manifesta videtur, quod enim datur alicui titulo meriti, datur per modum praemii & mercedis: quod vero datur aliquid ut merces, non datur gratis, sed debito iustitiae, ut patet ex illo ad Rom. 4. *Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Minor etiam constat ex illo ad Roman. 3. *Justificati gratis per gratiam ipsius*: quibus verbis gratiam justificantem dari mere gratis docet Apostolus. Idem asserit Augustinus de praedestinat. Sanct. cap. 15. de fide qua Christiani sumus: ait enim quod *ea gratia ab initio fidei sua fit homo quicumque Christianus, qua homo ille ab initio factus est Christianus*: Sed ille homo factus est Christianus absque suis meritis, ex sola libera Dei voluntate: Ergo etiam nos ex eadem libera voluntate facti sumus Christiani, id est credentes in Christum, atque adeo fides quae ad justificationem requiritur, non datur nobis ex meritis, secundum mentem Augustini.

Respondeo distinguendo Majorem: Si Christus meruisset nobis gratiam, fidem, & alia dona supernaturalia, hac non darentur mere gratis, per respectum ad merita Christi, concedo Majorem: comparative ad nostra merita, nego Majorem. Ad Minorem similiter dicendum, licet Scriptura quibus dicitur nos justificari gratis, intelligenda esse per respectum ad nos, non vero per respectum ad Christum, quamvis enim nullis nostris praecedentibus meritis gratia justificationis conferatur, nobis tamen datur ex meritis Christi. Idem vult Augustinus, cum ait, quod ex gratia homo a principio vite sua fit Christianus, quia Dei Filius factus est Christus, excludit enim merita nostra respectu nostrae vocationis, non autem merita Christi, ibi enim impugnat Pelagianos, qui docebant nos posse credere & justificari ex virtutibus liberi arbitrii. Excludit etiam ibidem merita Christi respectu incarnationis ejus, ait enim: *Est praclarissimum lumen praedestinationis & gratiae ipse Salvator, ipse mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, qui ut hoc esset, quibus tandem suis vel operum vel fidei praecedentibus meritis natura humana quae in illo est comparavit? Respondetur, quia: ille homo ut a Verbo Patri aeterno in unitatem persona assumptus, Filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruit? quid egis ante, quid credidit, quid petivit, ut ad hunc ineffabilem excellentiam perveniret? Et infra: *Quisquis in capite nostro praecedentia merita illius generationis invenit, ipse in nobis membris ejus praecedentia merita multiplicata regenerationis inquirat. Neque enim retribuitur est Christo illa generatio, sed tribuitur, ut alienus ab omni obligatione peccati, de Spiritu ex Virgine nasceretur. Sic & nobis ut ex aqua & Spiritu renasceremur, non retribuitur est pro aliquo merito, sed gratis retribuitur, &c.**

Objicies secundo: Apostolus ad Roman. 4. loquens de 192 Christo, ait: *Tyraditus est (scilicet in mortem) propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram*: Ergo justificatio nostra non provenit ex vi mortis Christi, sed ex vi resurrectionis ejus: Ad resurrectionem Christi non operatur per modum meriti, sed solum per modum causae physice instrumentalis, cum Christus post mortem suam non meruerit, ut supra artic. 1. ostendimus: unde D. Thomas infra quest. 56. art. 1. ad 3. dicit quod *resurrectio Christi*

Christi non est proprie loquendo causa meritoria resurrectionis nostre, sed est causa efficiens & exemplaris: Ergo Christus non meruit justificationem nostram, nec per consequens omnes effectus nostre predestinationis.

192 Respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam: nostra enim justificatio morti Christi ut causae meritoriae attribuitur: quando vero Apostolus ait quod Christus resurrexit propter justificationem nostram, solum vult resurrectionem Christi esse causam exemplarem nostre justificationis, ut docet D. Thomas super hunc locum Apostoli 1. Cor. 15. h. 14. sic habet: Secundum rationem efficientiam: cum enim humanitas Christi esset quodammodo instrumentum divinitatis eius, ut Damascenus dicit, omnes passiones & actiones humanitatis Christi fuerunt nobis salutiferae, neque est virtus divinitatis provenientes: sed quia effectus habet aliquantulum similitudinem causae, motum Christi quae extimita est in nos mortalium vita dicit esse causam efficientiam peccatorum nostrorum; resurrectionem autem eius quae reddit ad novam vitam gloriam, dicit esse causam justificationis nostrae, per quam venimus ad novitatem justitiae. Et in hac parte q. 50. art. 1. ad 4. sic habet: Secundum rationem efficientiam quae dependet ex virtute divina, tunc mors Christi, quam etiam resurrexerit, est causa tam destructionis mortis, quam reparationis vite. Sed secundum rationem exemplaritatis, mors Christi per quam recessit a vita mortali, est causa destructionis mortis nostrae: resurrexerit vero eius, per quam inchoavit vitam immortalam, est causa reparationis vite nostrae: passio vero Christi est insuper causa meritoria.

194 Obijcies tertio: Incarnatio Christi fuit primus & potissimus nostre predestinationis effectus: Sed Christus suam Incarnationem non meruit, cum principium meriti non cadat sub merito, ut supra disput. 7. art. 2. & 3. ostensum est: Ergo Christus non meruit omnes nostre predestinationis effectus. Major probatur: Omne quod cum effectu ad finem nostre predestinationis conducit, fuit a Deo ex intentione huius finis paratum, & consequenter est nostre predestinationis effectus: Sed Incarnatio Christi cum effectu ad finem predestinationis nostrae maxime conducit: Ergo fuit a Deo ex hoc fine parata, & consequenter fuit nostre predestinationis effectus.

195 Respondeo, negando Majorem, ad cuius probationem, distinguo Majorem: Omne quod cum effectu ad finem nostre predestinationis conducit fuit a Deo ex intentione huius finis paratum, si conducit ad illum ut medium ad finem, concedo Majorem: si ad illum conducit ut causa, nego Majorem: licet autem Incarnatio Christi, ejusque merita efficiat ad salutem electorum conducant, non tamen conducant ut media, sed ut causae illius, ac finis beatitudinis nostrae, cum Incarnatio & merita Christi nobiliora sint ac Deo propinquiora, quam salus hominum, ut hisp. 5. art. 1. §. 2. fuse declaravimus, unde non preparantur a Deo ex intentione & amore illius, nec per consequens sunt nostre predestinationis effectus.

196 Explicatur, & magis illustratur hac solutio: Non omne efficiat conducens ad alium, debet illius amorem supponere, & ex illius intentione imperari, sed tantum quod ut medium assumitur, cum enim medium ratione finis amatur, sicut conclusio ratione praemissarum cognoscitur, debet ut efficiat eligatur, amorem efficacem finis supponere, & imperari ex illius efficaci intentione, sicut conclusio, quia ratione principiorum cognoscitur, ut certo agnoscatur, debet certam principiorum cognitionem supponere, & ut evidens sit conclusionis cognitio, praesupponi debet evidens principiorum notitia: causa vero est in ordine ad effectum amatur, non tamen ratione effectus amatur, & ideo illius amorem non supponit, sed infert: unde cum Incarnatio non ordinetur ut medium ad salutem electorum, sed sit illius causa & finis, juxta illud Apostoli 1. ad Cor. 3. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei, ex illius intentione non fuit a Deo imperata, licet ad salutem hominum, ut ad finem cui ordinata fuerit, ut loco citato exposuimus.

197 Obijcies quarto: Fides & spes sunt nostre predestinationis effectus. Sed Christus nec fidem nec spem nobis meruit: Ergo non meruit nobis omnes predestinationis effectus: Major est certa, Minor probatur. Christus scilicet venit in mundum, ut ea recuperaret & mereretur, quae primus patens peccando sibi & nobis amisit: Sed primus patens peccando non amisit fidem, nec spem, cum tunc virtutes non amittantur nisi per actus infidelitatis, & desperationis, quos Adamus peccando non elicit: Ergo meritum Christi non se extendit ad motus fidei & spei, nec ad auxilia ad illos accessu eliciendos necessaria.

198 Respondeo, concessio Majori, negando Minorem, ad cuius probationem respondeo Vasquez disp. 77. cap. 4. quod Adamus quando peccavit, revera amisit fidem, sicut Eva, quia eodem modo creditur dictum serpentis verum esse, videlicet: Nequaquam mortemini, & critis sicut Dei: Nec oblat (inquit) quod Apostolus 1. ad Timoth. 2. dicit: Vir non est servatus, mulier autem servata in pravocatione fuit: Hoc enim solum denotat, quod vir non est seductus pri-

mus, sed secundus, ut plures ex SS. Patribus exponunt. Vel, ut alii volunt, his verbis tantum significatur, virum non fuisse seductum a serpente, sicut mulier, sed ab ipsa muliere. Idem docet Pererius in commentariis super Genesim, ad illa verba: Deditque viro suo, & comedit.

199 Melius tamen respondetur, quod licet Adamus non amisit fidem suam fidem peccando, nobis tamen eam amisit, sicut & reliqua dona gratiae, quae in nos transfunditur, si non peccasset, atque adeo ad recuperandum ista omnia venit Christus, merendo nobis fidem & spem, & reliquis dispositionibus ad gratiam. Unde in Concilio Arausico II. can. 25. dicitur: Per peccatum primi parentis ita fuisse assensuram liberam arbitrium hominis, ut nec possit in Deum credere, nec sperare. Ex quibus verbis aperte colligitur, Adamum peccando nobis fidem & spem amisit. Et in hoc sensu intelligendus est S. Prosper, dum resp. i. ad excerpta Genesim probat contra Semipelagianos, fidem in posteris Ada perisse, nec nisi ex dono Dei per gratiam Christi, posse recuperari: quia Adam peccando perdidit fidem, & quidquid perdidit, postea eius in ipso perdidit: Quomodo enim (inquit) visiles in Adam perdidit, in quocumque filiorum eius inveniretur, nisi enim Spiritus Sanctus, qui in omnibus operatur, infunderet. His enim verbis solum declarare intendit, quod Adam peccando amisit fidem pro nobis, & contraxit tunc debitum carendi illi, non quidem in propria persona, cum infidelitatis peccatum non commiserit, sed in omnibus suis posteris. Eodem modo intelligendi sunt alii SS. Patres, quos Vasquez & Pererius pro sua sententia adducunt. Cum vero Leo Papa quod Adam excusus fuit fidei vestimento, recte intelligitur quod excusus fuit caritate, quae cum fit forma fidei, veluti vestimentum eius dici potest. Alii vero qui dicunt, Adamum peccando fuisse infidelem, non loquuntur de infidelitate quae contingit ex amissione fidei virtutis Theologicae, sed de infidelitate quae opponitur fidelitati quam tenemur servare Deo in observatione mandatorum; quia ratione omnis transgressiendi precepta divina dicitur infidelis, quia non servat fidelitatem, licet non amittat virtutem Theologicam fidei, & contra omnia observans mandata, dicitur fidelis servus, Matth. 23. & 25.

§. III.

Corollaria precedentis doctrinae.

EX dictis inferes, Christi meritum se extendere non solum ad omnia bona supernaturalia, quae conferuntur hominibus qui post ipsum nati sunt, sed etiam quae collata sunt antiquis Patribus, & aliisque omnibus qui ab origine mundi fuerunt post lapsum primi parentis: Nam ut supra dicebamus, gratia & alia dona supernaturalia fuerunt in Christo tanquam in universalis principio: Sed virtus primi principii allicujus generis universaliter ad omnes effectus illius se extendit, sicut virtus Solis, qui est causa universalis generationis, ad omnes rerum inferiorum generationes: Ergo virtus meritoria Christi extenditur ad omnia dona supernaturalia quae conferuntur, vel collata sunt hominibus, a lapso primi parentis, sive in lege naturae, sive in lege scripta. Unde ad Hebraeos 9. Christus dicitur mortuus in redemptionem eorum praevocationum qui erant sub priori testamento. Et ad Roman. 3. Apostolus ait: Quem propositus Deo praevocationem per fidem in sanguine ipsius, ad obsequium justitiae suae, propter remissionem praecedentium delictorum. Item Apocal. 11. Christus dicitur Agnus occisus ab origine mundi, eo quod pretio fuae mortis suae, gratia collata sit omnibus, quicumque illam receperunt ab origine mundi: Denique Actorum 4. Princeps Apostolorum ait: Non est aliud nomen datum sub caelo, in quo oportet nos salvari fieri, &c.

Dices: Meritum, cum sit causa praemii, & via ad illud, debet prius exillere: Sed meritum Christi non prius exiit, quam gratia antiquorum Patrum, cum hac ante Incarnationem, & Christi adventum, ipsis collata fuerit: Ergo meritum Christi ad illam non potuit se extendere.

Respondeo non requiri necessario quod meritum prius exillat in executione ante praemium, sed sufficere quod exillat in praesentia praemiantis: Ratio est, quia meritum non est causa physica, sed moralis: ut autem causa moralis moveat, sufficit quod sit in praesentia & intentione agentis: unde ut Christus dicitur causa meritoria gratiae collatae antiquis Patribus, sufficit quod Deus ab aeterno ejus merita in tempore futura praeviderit, & eorum intuitu motus & excitatus fuerit ad conferendam gratiam Patribus antiquis, & aliis, qui ante Incarnationem & Christi adventum justificati sunt.

Quaerunt hic aliqui, an Christus etiam meruerit gratiam collatam Angelis & primis parentibus in statu innocentiae? Sed de hoc fuse egimus supra disput. 14. art. 4. Unde ad hunc locum Lectorem remittimus.

DISPUTATIO XXII.

De servitute, oratione, & Sacerdotio Christi.

Ad quest. 10. & duas sequentes.

Postquam D. Thomas egit de pertinentibus ad virtutem Christi, quantum ad operationem & meritum ejus, distulit de his quae Christo conveniunt per comparationem ad Patrem, & primo de subjectione illius ad Patrem: secundo de ejus oratione: tertio de ipsius sacerdotio, de quibus etiam in hac disputatione agendum est. Sed quia Christus non fuit tantum Sacerdos, sed etiam Rex, non solum de sacerdotio Christi, sed etiam de regia ejusdem potestate & dignitate breviter differemus.

ARTICULUS I.

An Christus ut homo, sit vere & proprie servus Dei.

1 Negat Vasquez, Becanus, Hurtado, Martinonus, & alii ex Recentioribus: affirmant vero Thomiste cum Sancto Doctore, locis infra referendis, & ex Patribus Societatis Suarez, Valensia, Ragusa, & alii. Pro resolutione Diligent observandum est, duplicem esse servitutem, aliam naturalem, aliam legalem, Naturalis ea est quae in natura fundatur, quae aliquis ratione productionis, v.g. est inferior alteri & ei subiectus, teneturque illi obsequii ac obedire, & hoc genere servitutis filius est subiectus patri, & quaelibet creatura Deo, quia ratione creationis est sub dominio Dei, & Deus potest facere in illa, de illa, & per illam, quidquid voluerit; & sic aliter creatura sit rationalis, tenetur Deo subijci, preceptis ejus parere, ipsamque tanquam supremam dominum colere, & revereri: unde Angeli & primi parentes in statu innocentiae fuerunt servi Dei hoc genere servitutis. Servitus legalis ex Augustino 16. de civit. cap. 9. est illa quae non a natura, sed a lege introducta est, & haec est poenalis quaedam conditio eorum qui aut bello capti, aut venditi, subijciuntur dominio alterius, quia illud a. Petri 2. A quo enim quis superatus est, huius & servus est: Et hac ratione is qui peccat dicitur servus peccati & diaboli, quia ab eo superatus est, venundatus sub peccato, ut loquitur Apostolus,

2 Notandum est insuper, inter haec duo genera servitutis, hoc praecipue interesse discrimen, quod ille qui est servus servitutis legalis, ita est subalterius dominio, ut cum eo, neque in bonis, neque in honore, neque in sede communicet: unde Aristoteles 1. Politic. cap. 3. dicit servum esse illum qui non est gratia sui, sed alterius. Servitus vero naturalis non excludit jus ad communicandum in bonis & honoribus, ut patet in filio, qui licet sit servus naturalis patris, habet tamen jus ad communicandum cum illo in bonis & honoribus. Sancti etiam, licet vere & proprie sint servi Dei (& hoc nomine se insuper gloriatur D. Paulus, pluries repetens in suis Epistolis, Paulus servus Jesu Christi) quia tamen sunt filii Dei per gratiam, cum eo in bonis communicant, juxta illud Apostoli ad Roman. 8. Si filii, & haeredit. His praemissis, facilis erit resolutio difficultatis propositae.

§. I.

Triplici conclusione difficultas proposita resolvitur.

3 Deo primo: Christus ut homo, non est, nec dici potest servus Dei, servitute legali.

Hac conclusio ex fundamentis jam statim manifeste colligitur; nam ut diximus in secundo notabili, qui est servus servitutis legalis, ita sub alterius dominio constituitur, ut cum eo neque in bonis, neque in honoribus, neque in sede communicet: Sed Christus ut homo, ratione unionis hypostaticae, communicat in bonis cum Patre, cum ratione illius habeat jus ad gratiam & gloriam, ac alia dona supernaturalia. Communicat etiam cum illo in honoribus & dignitatibus: Nam humanitas Christi, propter conjunctionem cum Deo, eodem cultu adoratur ac Deus; & sicut mulier matrimonio Reii conjuncta, Regina appellatur, ita humanitas Christi hypostaticae Deo unita, qui est Rex regum, & Dominus dominantium, dicitur etiam Rex Regum, & Domina, juxta illud Psalm. 44. Altissime Regina a dextris tuis in vestitu deaurato. Item Christus ut homo, in sede cum Patre communicat, cum ad dexteram ejus in caelis sedeat: Ergo nec esse dici debet servus Dei, servitute legali.

Dico secundo, Christum ut hominem esse vere & proprie servum Dei, servitute naturali.

4 Probatur primo ex Scriptura, in qua Christus vocatur sapius servus Dei. Isaie 42. Ecco servus meus, suscipiam eum, &c. Et cap. 13. In scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos. Zachar. 3. Adhuc servum meum orientem. Idipsum in novo testamento traditur Matth. 12. ubi

Evangelista locum ex Isaia adductum interpretatur de Christo. Et cap. 12. Christus aliquoties Patrem sic ait: Considera tibi Pater, Domine caeli & terrae. Ubi nomine caeli & terrae, omne quod factum est a Deo, & ipsum Christum, in quantum hominem, comprehendit, docet Athanasius lib. 3. contra Arianos: At non est cur in metaphorico sensu illa testimonium accipiantur, ut Vasquez contendit: tum quia ex sensu rigoroso nullum sequitur absurdum, ut constabit ex infra dicendis: tum etiam quia Ecclesiae Patres mox referendi, a quibus legitimus Scripturae sensus hauriendus est, illa in rigore acceperunt: Ergo Christus, in quantum homo, vere & proprie est servus Dei, servitute naturali.

Probatur secundo ex SS. Patribus, Christo ut homini 5 propriam servitutem tribuentibus. Ita Athanasius ferm. 3. contra Arianos, ubi voces facti, conditi, servi, & filii referens, sic habet: Omnes istiusmodi voces, ratione humanitatis, bene & proprie competunt. Chrysolomus ad Philipp. 2. homil. 7. de Christo loquens, sic ait: Sicut in forma Dei perfectus est Deus: ita in forma servi, perfectus est servus. In eadem sententia est Cyrillus lib. 2. thesauri cap. 15. Hilarius lib. 11. de Trinit. Hieronymus ad illa verba Isaie 42. Ecco servus meus. Ambrosius epist. 47. ac demum Augustinus Epist. 178. prope finem, ubi sic habet: In qua infirmitate humanitatis, non solum subiectum, sed etiam servum, evidentissime confiteatur. At horum Patrum testimonium in sensu metaphorico accipi, non permittunt illa verba, bene & proprie, quibus Athanasius utitur, nec ista, perfectus servus, quae Chrysolomus usurpat; nec adverbium, evidentissime quo usus est Augustinus: Ergo juxta Ecclesiae Patres, Christus ut homo est servus Dei servitute vera & propria, non quidem legalis, sed naturali.

6 Probatur tertio ex D. Thoma, qui variis in locis aperte docet nostram sententiam: nam hic quaest. 20. artic. 1. ad 2. sic ait: Quamvis non proprie dicatur quod natura sit domina, vel servus, potest tamen proprie dici, quod qualibet hypostasis vel persona sit domina, vel servus, secundum hanc vel illam naturam, & secundum hoc nihil prohibet Christum dici Patri subiectum, vel servum, secundum naturam humanam. Ubi S. Doctor eodem modo loquitur de servitute, ac de ratione creaturae in Christo: & docet quod utraque convenit illi, non simpliciter, sed cum addito, scilicet ratione naturae assumptae. Et infra quaest. 23. art. 4. cum sibi tertio loco hoc argumentum obijcit: Christus, secundum quod homo est servus: sed dignus est esse filium adoptivum, quam servum: Ergo multo magis Christus, secundum quod homo, est filius adoptivus Dei. Respondet: Ad tertium dicendum quod esse creatura, & etiam servus, vel subiectus ad Deum, non solum respicit personam, sed etiam naturam; quod non potest dici de filiatione, & ideo non est similitudo rationis. Quibus verbis hanc differentiam inter servitutem & adoptionem constituit, quod quia servus respicit naturam, potest optime dici de Christo, ratione humanitatis assumptae; & contra vero, quod filiatione non respicit naturam, sed personam, adoptio non potest attribui Christo, nec ille potest dici filius adoptivus Dei, licet ejus servus appellari possit. De quo salus disputat sequenti. Similia habet in 3. dist. 10. quaest. 2. art. 1. quaest. 3. ad 3. & dist. 11. quaest. art. 2. ad 2. & ad Anselm. dist. 10. quaest. unica art. 3. ad 2.

7 Probatur quarto conclusio hac ratione efficaci, desumpta ex D. Thoma hic quaest. 20. artic. 1. Habent aliquam naturam convenientem ea quae sunt propria illius naturae: Sed Christo vere & proprie convenit natura humana: Ergo convenit Christo quae sunt naturae humanae propria: Sed natura humana ex sui conditione habet triplicem subjectionem ad Deum, unam secundum gradum bonitatis, convenientis Deo per essentiam, naturae autem humanae per participationem: aliam quantum ad Dei potentiam, prout scilicet subiecta est operationi divina dispositionis; tertiam quoad operationem, prout obedit illius mandatis: Ergo Christo ut homini haec triplex subiectio convenit, & consequenter vera & propria servitus naturalis ad Deum.

8 Confirmatur & magis illustratur hac ratio: Servitus naturalis ad Deum fundatur in independentia creaturae rationalis ab ipso, in esse, fieri, & conservari, & ordinatione ad illum tanquam ad ultimum finem: Sed Christus, quatenus homo, vere & proprie est creatura rationalis, dependens a Deo in esse, fieri & conservari, & ad ipsum tanquam ad ultimum finem ordinata: Ergo est vere & proprie servus Dei, servitute naturali.

9 Respondet Vasquez, rationem creaturae dependentis a Deo, non esse fundamentum adequatum servitutis verae & propriae, sed adjuncta negatione communicationis cum Deo, in bonis, honore, & sede: unde cum hac negatio Christo ut homini non conveniat, non est vere & proprie servus Dei, servitute naturali, quamvis ab illo in esse, fieri & conservari dependeat, & ad ipsum tanquam ad ultimum finem ordinetur.

Addit Hurtado, dependentiam creaturae rationalis a Deo,